Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109958-p0001-9

Georgius Kriten Anno 1623

Constat mihi 9 gl

omnia conando docilis solertia vincit

~~Leistendt liebt zu [illegible]~~

~~[illegible]~~

Plenus venter non disit libenter.

Ein voller bauch ist nicht gut studiren

Sed cum senesset semper sup

Schamgo quis esit

Wan ein [illegible] stehet in holtz [illegible]

Quo semel est imbuta recens ser-

vabit odorem ~~[illegible]~~ testa diu

Quod tibi non vis fieri alteri ne

feceris ~~[illegible]~~

Aurora musis amica

Die Morgenstunde hat Golt im munde

Quod differtur non aufferetur.

~~[illegible]~~ ~~Georgius~~ Kriten Anno christi 1623

est possessor huius libelli.

[illegible] N. 16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109958-p0002-4

C. c. 59

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109958-p0003-0

Libb. grammat. & antiquior.
in Octavo
N. 16.

II 1 a 16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109958-p0004-6

# TABVLÆ GRÆCÆ LINGVAE, POSTREMVM AB AVTORE RECOGNITAE.

CONTINENT AVTEM FACILI ORDINE, ET BREVITATE perſpicua, abſolutam declinandi Nomina & Pronomina, coniugandiq́; Verba rationem, cum forma nonum regulis, omnibus neceſſarijs.

ANNOTATIONES QVOQVE BREVES; *ad Poetarum lectionem vtiles, tum etiam Syntáxes præcipuas, Regulas adhæc generales et ſpeciales, de ſede Accentuum; Et verba defectiua communiſſima, ac apud autores Græcos in omnibus prope pagellis obuia.*

Editæ opera & ſtudio

MICHAELIS NEANDRI SORAVIENSIS.

VVITEBERGÆ
EXCVDEBAT LAVRENTIVS SEVBERLICH.
ANNO M. D. XCVIII.

UNIV. LANDESBIBLIOTHEK
AB 50 C 4/k, 10
L 57, 1

# PIÆ IVVENTVTI, VBIQVE GENTIVM PIEtatem, linguas ac literas ſedulò diſcenti.

MICHAEL NEANDER S. D.

ARTIVM OMNINO MAgnus vſus eſt, artium inquam, quæ πηγαὶ καλῶν ſunt: vt apud Xenophontem præclarè dicitur, à rege opulentiſsimo pariter & potentiſſimo, ad alterum principem à virtutibus multis laudatiſsimum. (Xenophon. lib. [illegible]. Cyropædiæ ſuæ.)

αὗται γὰρ εἰσὶν, ὡς ὁ κροῖσος πρὶν ἔφη,
χρυσοῦ τε πλείαι βίου τε καὶ καλῶν βρύσεις.

Ac donum Dei ſunt, monſtratæ de cœlo ab ipſo Deo hominibus: quemadmodum Palamedes ille πάνσοφος, Nauplij Eubœæ regis filius, cui literarum aliquot inuentionem veteres tribuunt, & cùm hoc nomine, tùm alijs multis nominibus celebratiſsimus, honorem illum, quem Deo ſoli competere ſciebat, ſibi apud Philoſtratum non vult tribui, ſed dijs ſolis adſcribi, quorum (Tzetzes Chiliad. 13. varia hiſtoria.)

 ſit

ſit literarum & artium inuentio, vbi ſic ait: ἐγὼ γράμματα οὐχ εὗρον, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν εὑρέθην. πάλαι γὰρ ταῦτα ἐν μουσῶν οἴκῳ κείμενα, ἀνδρὸς ἐδεῖτο τοιούτου. θεοὶ δὲ τὰ τοιαῦτα δι' ἀνδρῶν σοφῶν ἀναφαίνουσι, σοφία δὲ καταληπτὰ ἅπαντα. Et: οὐδ' ἂν διδάξειέν τις εἰ μὴ θεὸς ὑφηγεῖτο, inquit Plato. Et Calliſtratus: τὰ τέχνης γεννήματα ἱερὰ nominat, ἐκ θεῶν θειασμοῦ πεσόντα, καὶ θειοτέρων πνευμάτων ἐράνοις ληφθέντα, καὶ ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθέντα. Ad eundem modum Dialecticam deorum muneri adſcribit Iamblichus, Platonicæ ſectæ Philoſophus, in Epiſtola ad Dexippium, è qua fragmentum extat apud Gnomologum, idq; his verbis θεὸς ἦν τις ὡς ἀληθῶς, καταδείξας τὴν διαλεκτικὴν, καὶ καταπέμψας ἀνθρώποις. De Rhetorica etiam, quod Deus eam miſerit de cœlo, donum hominibus, motus precibus Promethei viri ſapientis, non iniuſta ac inutilia petentis mortalibus, rudibus adhuc, & nuper de luto fabricatis, ἵνα ὁμοῦ σφᾶς αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλ-

λους

*Philoſtratus in Heroicis, in Palamede.*

*In Epimonide.*

*In Bacchæ et Cupidinis imagine.*

*Apud Stobæum orat. 79. de literis.*

λοῦς σώζειν ἔχοιεν ἄνθρωποι, extat ſeu fabula ſeu narratio apud Ariſtidem Adrianæum ſophiſtam, libro quem aduerſus Platonē ſcripſit pro Rhetorica ac rhetoribus: quos Socrates apud Platonem in Gorgia adulatores vocaret, ſpectantes vbiq; voluptatem potiùs quàm iuſtitiam. Alij ad Muſas vniuerſas artium inuentionem referunt, alij πρεσβυτάτῃ μουσῶν καλλιόπῃ acceptas ferunt: vt Iamblichus deſcribit, aliorum ſententias diuerſas recitans. Atq; hinc viri ſapientes philoſophi poëtæ, à veteribus cognominati ſunt μουσοπάτακτοι, θεόληπτοι, μουσῶν θεράποντες καὶ ἱεροτῆρες καὶ ἄγγελοι, θεῶν προφῆται καὶ υἱοί: deorum antiſtites, ſacrorum expoſitores & δαδουφόροι, μουσοπάταγοι ἔνθεοι, καὶ κατεχόμενοι, τὰ καλὰ μέλη ποιοῦντες, καὶ ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων ἐκ μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν ἀποδρεπόμενοι τὰ μέλη, ἃ ἡμῖν φέρουσι. Vocantur præterea à ſapiente antiquitate ποιηταὶ κοῦφα πτηνὰ καὶ ἱερὰ χρήματα ἔνθεοί τε καὶ ἔκφρονες θείᾳ μοίρᾳ χρησμῳδοῦντες, ὑπηρέται θεῶν

*Orat. 2. in defenſionem Rhetorices ſcripta. Ea vero fabula de Rhetorica ſumpta eſt ex Platonis Protagora, vbi tamē paulo aliter narratur. Heſiodus in Theogonia. Theognis in Gnomologia. Plato in Lyſido et Ione.*

πατέρες τε τῆς σοφίας καὶ ἡγεμόνες, δι᾽ ὧν αὐτὸς ὁ θεὸς φθέγγεται πρὸς ἡμᾶς, ἑρμηνεῖς τῶν θεῶν, ὧν καὶ καλὰ ποιήματα θεῖα καὶ θεῶν αὐτῶν ἐστι: quemadmodũ de ipſo Homero poëtarum principe, τὸν λόγων καὶ τοῦ νέκταρος θαλάσσῃ, ipſe Apollo, quod Homeri poëmata ex ſuo ore ab Homero deſcripta ſint, iam olim hoc verſu prodidit:

*Tzetzes Chiliade 13. varia hiſtoria.*

[a] ἦειδον μὲν ἐγὼν, ὅσσ᾽ ἀπέγραφε δ᾽ ἴος
ὅμηρος.

*a lib. 1. Epigram. vbi pro* ἔγραφε, ἐχάραξε *ſcriptum eſt. Nam ex Syneſii Cyrenes Epiſcopi Dione, ſeu libro de vitæ ratione retulimus.*

[b] Hinc Plato χρυσόγλωττος, ὁ ἄνωθεν καταληλυθὼς, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἅπαντα ἀκριβῶς μεμαθηκὼς καὶ ἑωρακὼς, vt de ipſo non dubitârunt affirmare veteres, Iouem habet à conſilio quemadmodum & Minos ille Cretenſis pius & ſapiens, θεοῦ μεγάλου ὀαριστής. Hinc Socrates ἀνδρῶν πάντων [d] σοφώτατος, & humanæ ſapientiæ quaſi quoddã terreſtre oraculum habet, quod perſuadeat auditoribus de ſuo dæmone, cuius impulſu ac hortatu dicat, doceat ac faciat omnia: quemadmodum Plato, Ariſtoteles, Xenophon, Laërtius, Aelianus de eo ſæpe

*b Iuſtinus in Proreptico ad gentes.*

*c Quare magni viri crediti fuerint deos habuiſſe a cõſiliis.*

*d Laërtius in Socrate. Valerius lib. 2. c. 5.*

ſæpe meminerunt, ac Plutarchus cum Apulcio peculiares Commentarios de Socratis Deo condiderunt: & alij ſcriptores de alijs innumeris viris ſapientibus & præſtantibus legislatoribus, philoſophis & principibus, qui Reipublicas conſtituebant diſciplina & legibus, prodiderunt, [a] quod leges vtiles condiderint, & multa alia hominum vitæ vtilia inuenerint, Minerua, Nymphis, Muſis, Ioue, ac ipſis Dijs viam monſtrantibus, manu ducentibus, & præeuntibus quaſi. Hinc [b] etiam poëtæ Deorum filij, interpretes, ac famuli, ab inuocatione ſeu Iouis, ſeu Apollinis, ſeu Muſarum, ſua poëmata exordiuntur, ad deos autores ea referentes. Exempla plus quàm innumera apud poëtas, præcipuè Græcos, reperias. Orpheus [c] poëtarum antiquiſsimus, Argonauticam hiſtoriam ſcripturus, ſic orditur Apollinem inuocans:

*[a] Plutarchus in Solone. Numa Libro item de ſua ipſius laude. Laërt. in Socrate.*

*[b] Poëtæ quare exordiantur ſua poëmata ab inuocatione Muſarum dearum et eorũ.*

*[c] In initio carminis Argonautici, quod integrũ extat.*

 ολὼ

σὴν δ' ἀρετὴν ὑμνῶ, σὺ δέ μοι κλέος
ἐσθλὸν ὀπάσσαις,
πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμῆς ἐτυμη-
γόρον αὐδὴν,
ὄφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον
ἀοιδὴν
ἠπύσω μούσης ἐφετμαῖς καὶ πυκτίδι πυκνῇ.

a Pauli Silentiarij lib. 3. Epigramm.
b Leonidæ lib. 2. Epigramm.
c lib. 2. Iliadis, in Bœotia, ſeu nauium catalogo.

Apud Homerum,[a] τὸ θαυμασιώτατον illud μακάρων προφήτην καὶ [b] λαμπρότατον μουσῶν φέγγος, hæ voces ſæpe reperiuntur [c] ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.

Ac Iliada ſic orditur:
μῆνιν ἄειδε θεὰ πηλιάδεω ἀχιλῆος

d 1. Iliad.
e 1. Odyſſ.

Nec Vlyſſeam ſuam auſpicatur ſine Muſæ imploratione, quam Vlyſſem ſuum deſcripturus hoc verſu compellat:
ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς
μάλα πολλὰ πλάγχθη——

f In Arati initio

Aratus Phænomena ſcripturus inquit:
ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν ἄρρητον, μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί. πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ
θάλασσα

θάλασσα, καὶ λιμένες, πάντη δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. —

Et Dionyſius Alexandrinus orbem deſcripturus, vt oſtenderet ſine Muſarum auxilio infelicem ſcriptionem ſuam futuram, mox in initio carminis inquit: σὺ δέ μοι διὸς ἔννεπε μοῦσα, Tu dicta ſcribenda, tu rege, tu iuua, vt conatus ſit felix. Et Pauſanias Cæſarienſis Grammaticus & Rhetor, in Chorographia ſua, libro quo Bœotiam Græciæ regionem deſcribit, ex veterum monumentis refert, procemium Heſiodi carminum ab ipſis Muſis ſcriptum fuiſſe, ac ipſe Heſiodus ingenuè fatetur, quibus debeat ſua carmina: μοῦσαι (inquit) με ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείσαι,

*In Bœoticis. Procemium carminum Heſiodi ab ipſis Muſis ſcriptum lib. 1. et 2.* ἡμερῶν καὶ ἔργων. *In Theogonia item.*

αἵ νύ ποθ' ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν.

——— ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν

θεῖαν, ἵνα κλείοιμι κατ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Quintus etiam Smyrnæus, quem Quintum Calabrum hactenus non verè nominant, carmen ſuum Mu-

Lib. 12. Paralipom. Homeri.

ſis adſcribit, quod ipſum iuuenem adhuc intonſum docuerint: ὑμεῖς γὰρ (inquit) πᾶσαν μοὶ ἐνὶ φρεσὶ θῆκατ' ἀοιδὴν,

πρίν μοὶ ἀμφὶ παρειὰ κατασκιδνᾶσθαι ἴουλον,

σμύρνης ἐν δαπέδοισι περικλυτὰ μῆλα νέμοντι.

Et Homero & Heſiodo & Ciceroni nemo magnus vir eſt ſine afflatu diuino, ſeu Poëta ſeu Muſicus ille ſit, ſeu citharœdus.

Heſiodus in Theogonia.

ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος,
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ καὶ κιθαρισταί.

Lib. 6. Faſtor.

*Eſt Deus in nobis*, inquit Ouidius, *agitante caleſcimus illo:*
*Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.*

Et iterum:

Lib. 3. de Arte amandi.

*Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.*

Et de ipſo & ſuis poëmatis rurſus inquit:

Lib. 3. de Pontó

*Iſta Dei vox eſt, Deus eſt in pectore noſtro:*
*Hoc duce prædico vaticinorq́; Deo.*

Sunt autem datæ artes & monſtratæ ab ipſo Deo, hominibus: quemadmodum multa alia, quæ pa-

nis quotidiani ſunt particulæ: vt, quia vita pluribus indigebat adminiculis, auxilijs & medijs, hominum infirmitatem adiuuarent, aliæ aliter, poſt lapſam naturam, poſt peccatum, cuius ipſæ artes fructus ac pœna ſunt: cum tota hominum ſapientia, quæ philoſophia dicitur, rationis inuentum, pœna peccati ſit: quæ non fuiſſet in vita, nec fuiſſet eius, vt nunc, vſus vllus: quam adduxit guſtus arboris interdictæ ſcientiæ boni & mali, vbi verè facti ſumus ſinguli † δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον καὶ * ψυχάριον βαστάζον νεκρόν. σοφίη κενεαυχής, inquit,

*Artes ad quid datæ et monſtratæ hominibus.*

*Philoſophia quid ſit.*

† *Sileni capti ad Midam, apud Plutarch. in oratione conſolatoria ad Apollonium.*

* *Lib. 4. Arriani de diſſertationibus Epicteti Philoſophi Stoici.*

a Nazianzenus, ἤτ᾽, ἐνὶ χερσίν.

ἤτ᾽ ἐν ἀρχναίοισι λόγοις καὶ ἀπολέγμασι
κεῖται,
τίς δ᾽ ἀδάμοιο πέσος ἀρχαίης τυτθὸν
μέρος,

a *In carminibus quod* παρθενίης ἔπος *inſcribitur*

hoc eſt: ſapientia philoſophica ſeu humana, qua pleriq; abutuntur ad faſtum, dignitates & honores acquirendos,

rendos, quæ in ſubtilitatibus ſermo-
nis ac diſputationum ferè conſiſtit,
λόγοις ἀραχναίοις, die wir ſpinnen
vnd weben müſſen/inquirendo eam
multo labore et ſtudio conſumendo
in ea vitam & valetudinem, ſpinti-
zando & gryllizando, wie eine ſpin-
ne ein telam machet/ parua eſt par-
ticula lapſus & peccati, Adami pa-
rentis noſtri: τυτθὸν μέρος, particula,
non tota pœna, quod ira Dei, mors,
ęterna damnatio longè triſtiora ma-
la ſint ærumnis ac miſerijs, quibus
in hac vita premimur propter pec-
catum: cuius fructus ſunt artes et-
iam docere, & diſcere, doctores, di-
ſcipuli, gradus docentium & diſcen-
tium ordines: magiſtratus etiam,
œconomiæ, ſcholæ & libri, quæ ſunt
& tractantur non ſine labore, cura,
dolore & moleſtia: & tamen poſt
peccatũ, cum quo & per quod ipſa
mors, hoc eſt, omnes labores, curæ,
ærumnæ, difficultates & incommo-
da in vitam irruperunt, artibus vt
adminiculis in vita neceſſarijs care-

re non poſſumus: quas, cum natura integra adhuc eſſet, nemo requirebat, aut deſiderabat, vtpote ad nihil vtiles aut neceſſarias, cum peccatum non eſſet, cum quo difficultates, artes & labores omnes in mundum vnà intrârunt.

πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων, Heſiod. lib. τῶ ἔργων καὶ ἡμερῶν.

νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο

νούσων τ' ἀργαλέων αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.

Sic Dialectica, non ſine Deo à viris ſapientibus inuenta, vtilis eſt: & monſtrat docendi ac diſcendi rationem expeditam, facilem ac compendioſam, in hac infirmitate ingenij & memoriæ, ac totius naturæ humanæ, vbi pluribus medijs ac adminiculis nunc opus eſt: vbi metas & certas quaſi lineas præſcriptas nos habere oportet, quas in rerum explicatione ſequamur, vt ſit explicatio vera, propria, ſimplex, perſpicua, certa & firma, & vt deerrantes Dialectica vtilis.

ab

ab his metis artis & refutare, & tanquam in viam & intra ſepta reuocare poſsimus, quod ſine Dialectica haud facilè quilibet fecerit: cum non omnium ſit illa ingenij celeritas communis, quæ in controuerſiis naturali luce videt argumentorum fontes, membrorum connexiones, ac multa facit artificum ſimilia eorũ videlicet, qui Dialecticã exercuerũt & didicerunt, quæ τῷ ὄντι (vt Plato ait) ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατερωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, ὥσπερ θέλγικος τοῖς μαθήμασι ἄνω κειμένη τέλος τῶν μαθημάτων. Sic Muſica mœſtos exhilarat, delirantes & mentes morbo turbatas ſæpè per ſymphoniam ſuæ naturę reddit, ebrios reſipere diſcit, febrientes priſtinæ valetudini reſtituit, morbos ac peſtilentias fugat, furentes reprimit, lymphaticos modulis liberat, ac homines prorſus admirabiliter alioſq; aliter afficit: quemadmodum id plurimis exemplis, quæ hoc loco commemoranda non

*Lib. 7. de Republica.*

*De Muſicæ vi ac potentia mirabili, vide Suidam in Timotheo in Alexandro: Plutarch. in Apophthegmatis, item lib. 2. de fortuna et virtute Alexandri. Dionem etiam Chryſoſtomum orat. 2. et Baſiliu Magnum orat. ad adoleſcentes, quomodo ex Græcis autoribus vtilitas capienda.*

non ſunt, planum fieri poſſet, καὶ ἤθη παιδεύει, inquit citharœdus quiſpiã apud [a] Athenæum, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει, [b] εὐρυθμίας καὶ ἐμμελείας δημιουργὸς ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν δεδομένη.

Inteſtina diſſenſione olim motis Lacedæmonijs, καὶ δή τι μέλος [c] Τέρπανδρος εὐτέχνως κιθαρίσας, αὐτοὺς πάλιν συνήρμασε.

Et Orpheus cuius [d] lyra πάντα τοῖς κρούμασιν εἷλκε, vt Nazianzenus loquitur. (νῶ[e] μείλιχον ἐκ λασίων στέρνων ἀνενείκατο φωκίνησέ τε πέτρας ἠδ᾽ ἑρπετὰ καὶ πετεηνά, ὦ [f] δρυὲς οὐκ ἀπίθησαν ὅτῳ συναμ᾽ ἕσπετο πέτρη.

Sic[g] Grammatica etiã carere non poteſt hæc vita, & quidem multo minus quàm cæteris omnibus, cum religionum, legum, hiſtoriarum, philoſophiæ omnium artium ac facultatum quaſi nutricula quædam ſit: cuiuſq;[h] ſtudium, quemadmodum & lectionis amor, non ſcholarũ temporibus, ſed vitæ ſpacio terminatur: quæ neceſſaria eſt pueris, iucun-

[a] Lib. 14. qui fere totus eſt de laude Muſicæ.

[b] Plutarch. lib. de Superſtitione, ex Platone.

[c] Terpãder Muſicus, Muſica diſſentientes ſopit. Tzetzes Chiliade 1. variæ hiſtoriæ.

[d] Nazianz. orat. εἰς τὰ ἐπιφάνια.

[e] In Argonautico carmine Orphei et Apollonij.

[f] Suidas in voce ἀπίη.

[g] Grammaticæ vſus.

[h] Quintilianus cap. 4. et 15. Inſtitutionũ oratoriarũ lib. 1.

iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtentationis, plus in receſſu, quàm fronte promittit: & quam ſi negligas vt minora, non ſit maioribus locus, cum ad nullius rei ſummam niſi pręcedentibus initijs perueniatur: quę niſi fundamenta nobis feliciter iecerit: quicquid ſuperſtruxeris, corruet, [a] ὧν γὰρ αἱ ἀρχαὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, τὰ τέλη ἀναγκαῖα, ὑτυϐνεχόντως habet apophthegma quod Plutarchus celebrat. Ad eundem modũ cęterę ſingulę artes ſuas habent vtilitates. Sed de his alibi dicitur.

*a Plutarch. lib. contra Coloten Epicureum.*

Quia verò artes conſtat Dei donum eſſe, vtiles ac neceſſarias vitæ: nemo ibit inficias, idẽ feré, aut multò etiam magis dici debere de [b] linguis, quæ capſa ſunt, in qua incluſæ ſunt & artes & vniuerſa ſapientia.

*b Linguæ quid ſint et quam late pateant.*

Quicquid enim fuit & eſt ſapientiæ diuinę & humanę, ab initio apud homines: quodcunq; piè, ſapienter, prudenter, & humano generi vtiliter,

ter, in philoſophia, medicina, legibus, in hiſtoria, in diſciplinis, artibus ac facultatibus omnibus dixerunt ac ſcripſerunt Iudæa, Chaldæa, Aegyptus, [a] ἡ πρώτη βιότοιο συνεστήσατο κελεύθους: hoc eſt, quæ prima artes reperit, [b] cœli imago, ac mundi totius templum, ac in hac [c] Alexandria ciuitas populoſa, ampla & frequens, παντοίας παιδεύσεως ἐργαστήριον: quæ item ſapienter dixerunt [d] Athenæ, λιπαραὶ illę ϗ ἀοίδιμοι, ἔρεισμα ἑλλάδος, ϗ ἑλλάδος ἑλλὰς ϗ ἑστία, σοφίας πάσης ϗ τέχνης ἡγεμὼν, πρυτανεῖον ϗ κορυφὴ ϗ κοινὸν παιδευτήριον πάντων ἀνθρώπων, λόγοιό τε εὖχος, πτολίεθρον ἀθηναίης ἀγελαίης, πολλὰ παθὸν, ϗ πολλὰ ἰδὸν ϗ πολλὰ μογῆσαν, ἀετὸς ἐν νεφέλῃσι, oculuſq; ſol & anima Græcæ: quicquid deniq; doctrinæ ac ſapientiæ eruditæ habuit Roma, [e] μήτηρ πασάων πολίων ἀφνειὸν ἔδελον, [f] βαθυπολέμου τέμενος ἄρεος, [g] οἰκουμένης ἐπιτομὴ, ῥώμη inquam τιμήεσσα καλῶν μέγας οἶκος ἀνάκτων: id vniuerſum in linguis Hebręa, Chaldęa, Gręca,

 &

a *Dionyſius Alexandrinus in deſcriptione orbis.*

b *Auguſtinus lib. de ciuitate Dei cap. 23. ex verbis Mercurij Triſmegiſti.*

c *Nazianzenus orat. 8.*

d *Ex Pindaro epiſtola. 4. Aeſchinis rhetoris apud Plutarchum in Apophthegmatis. Libro item, Vtrum Athenienſes bello an ſapientia celebratiores. Plato in Protagora. Ariſtides in Panathenaico. Diod. 9. Siculus lib. 13. Bibliothecæ ſuæ. Athenæus lib. 5. Apud Suidam etiã quædam de his Athenarum elogiis leguntur.*

e *Dionyſius Alexandrinus in orbis deſcriptione.*

f *Ex Pindaro, apud Plutarch. in Marcello.*

g *lib. 1. Athen.*

& Latina eſt proditum à ſcriptoribus, vniuerſa ſapientia diuina & humana in linguis eſt tradita : ſapientia inquit [a] Nazianzenus, ἣν συναγείρων ἀντολίητε, δύσις τε καὶ ἐλλάδος εὖχος ἀθῆναι.

[a] Nazianzenus in primo carmine. ſcripto ad ſeipſum.

[b] Vaginæ ſunt linguæ in quibus gladius Spiritus, nempe verbũ Dei, eſt inſertus : arcæ ſunt ſeu thecæ repoſitoriæ, quæ repoſitũ hoc nobile κειμήλιον adſeruant: pocula ſunt, quibus ſalubrem verbi diuini potionẽ exceptam circumferimus: cellæ ſunt promptuariæ, ex quibus Euangelica cibaria depromimus : atq; vt Euangelium ipſum docet, cophini ſunt, in quibus panes vnà cum piſcibus, adeoq; reliquiarum fragmenta, ne pereant, cuſtodiuntur: Linguis carere nec poteſt Eccleſia, nec Reſpublica. Euangelium autẽ, myſterium temporib. æternis abſconditũ tametſi à ſolo S. Sancto de cœlo ad nos adfertur: tamen linguarum beneficio aduenit, quocunq; venit : in linguis creſcit, ſeruatur; & ijs diſcedentibus.

[b] Lutherus lib. de Scholis inſtituendis.

tibus, vnà diſcedit, nec obfuit tantum regno diaboli ſpiritus Lutheri, quantum commodauit, & profuit contra Eccleſiæ linguarum Græcę, Hebræę ac Latinæ cognitio, quam Lutherus laborę, ſtudio ac exercitio indefeſſo ſibi comparauit & quam non dubitat (quantulacunq; illa fuit) præferre omnibus mundi opibus, dignitatibus honoribus, regnis & imperijs: quod linguarum cognitione vel mediocri inſtructus, multa in Scriptura videat, obſeruet, quæ alius linguarum minus callens ſimiliter nunquam videbit, ne quidē lectis multis interpretum bonorum cōmentarijs, quantauis etiam interpretis ſit fœlicitas: quòd Biblia in ea lingua, in qua à S. S. ſunt ſcripta, lecta ſubinde noua fiant lectoribus: ac quotieſcunq; legas ſi millies aut plus quàm decies millies id facias, ſingulis vicibus offerant ſe aliqua in ſingulis paginis ac capitibus alia, quæ alijs oculis tùm primùm atq; olim aſpicias: quæ occaſio ſint & materia cogitandi ac dicendi multa gaudio, doctrina, atq; conſolatione plena, quæ ex

*Lutherus tom: 11. pag. 405.*

*Ibid: p: 465. b.*

*In enarratione Pſalmi 45. itē lib: de conſtituendis ſcholis.*

nullis commentarijs quorumcunq; interpretum diſcere & intelligere ſic potuiſſes, & quibus magno carere poſtea nolles: quemadmodum nouerunt, qui id non rarò experiuntur, vt verè id verum elogium linguis non rarò tribuit S. Lutherus Germaniæ Propheta, μέγας πατρίδος ἀστὴρ tertius Helias θεοπνευστοπαντοσοφοδιώματος, & vltimi millenarij in Eccleſia regnator, ὃς θεοπνευστογλωσσοπύρσευτον,

*Lutherus quantus fuerit.*

οὗτινος ἐν στομάτεσσιν ὅλοι παράκλητοι ἔασιν,

πνεύματος ὀξυτάτοις ὄμμασι δερκομένου:

qui S. S. in multo luculentiore menſura habuit, quam multi alij multarum ętatum ab Apoſtolis vſq; Theologi, quod docet copioſè tota hiſtoria vitæ certaminum, laborum ac doctrinæ eius: & qui vel vnus fidem, quemadmodum in multis alijs, ita his quoq;, quæ de linguis verè dicuntur, adoleſcentibus facere, ac perſuadere meritò debet: quanto ipſe

*Ex Homeri Iliad. a veteribus de Chryſippo philoſopho, et Scipione Aphricano recitatus eſt: Autoribus Laertio in Chryſippo, et Plutarcho in Scipione Politicis et Apophthegmatis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109958-p0024-7

ipſe collatus cum aliquot ſeculorum quicunq; fuerunt doctoribus omnibus, facilè.

οἶος πέπνυται, λοιποὶ σκιαὶ ἀίσσουσι.

*Soli ſenſus ineſt, vmbris par cætera turba.*

Non tantum enim Paulo αἰθεροδρόμῳ par fuit ſpiritu, donis, fide ac agnitione filij Dei, ac intellectu Scripturæ: ſed etiam vas illud electum, Paulum, θεοῦ στόμα, diuina ac cœleſti ſua eloquentia, facilitate ac perſpicuitate interpretandi Scripturam, ac docendi Eccleſiam, longè ſuperauit: quod abundè docent & docebunt apud omnem poſteritatem libri eius μελίρρυτοι, προφητόφθεγκτοι καὶ θεόγραφοι, qui πέλαγος ſunt ἄπειρόν τε καὶ ἄφθιτον τῆς πνευματοφόρου καὶ ὑπερκοσμίου θεοσοφίας, ἐξ οὗπερ (poſt ſcripturam) πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. — *Scripta Lutheri.* — *Homer. Iliad. lib. 21.*

Et quid verbis opus eſt? Sine linguæ Græcæ peritia mediocri, ne quidem Donatum & Grammati-

cam Latinam feliciter enarrabis pueris: cum multa ibi quoq; ſe offerant, quæ ſine Græca lingua non explicabis, quòd Latini à Græcis pleraq; mutuentur: non tantum res ipſas, ſed etiam vocabula ab iiſdem multa ſumant, Græcorum facti diſcipuli ac interpretes, quemadmodum Sibylla id iam olim verſu prædixerat, qui hoc pacto refertur:

*Latini quæ mutuati à Græcis.*

ἐξ ἰάδος γαίης ἕξει σοφὸν ἰταλίησιν.

in quibus enarrandis neceſſe eſt fœdiſsimè ſæpè hallucinari, qui linguã Græcam aut non didicerunt, aut diſcere vt ſupervacuam noluerunt: ſicut id docent abundè tenebræ ſuperiorum temporum, vnde vix tandem Dei beneficio emerſimus. Eæ verò tenebræ quantæ fuerint, ac quantum damnum dederint Eccleſiæ, docent Monachorum libri, quorum multa examina & plauſtra in bibliothecis monaſteriorum quorundam Germaniæ adhuc viſuntur: Summiſtarum, inquam, Lombardiſtarum, ſeu Sententiariorum, Tho-

*In Epiſtola Heracliti ad Hermodorum, quæ legitur in volumine Græcarum epiſtolarum, quod Aldus olim tomis duobus edidit. Tenebræ ſuperiorũ temporum quantæ.*

Thomiſtarum, Occiſtarum, Scotiſtarum, Sermoniſtarum, Lugendiſtarum, & eorum, qui Marialia compoſuerunt, ſeu potius Diabolaria & Satanalia ſcripſerunt, vt τὸ πνευματικὸν ςόμα Lutheri loquitur: & qui Vocabularia compoſuerunt, ipſo nomine formidanda & horrenda: Vade mecum (inquam) Græciſtam, Hugoitionem, Catholicon, Rapiamus totum: cuius etiam generis ſunt libri ſexcenti alij, orationis genere formidando, monſtroſo ac portentoſo ſcripti, vbi non hominis ſonum, ſed bouis vocem & mugitum infernalem, ſeu potiùs porcorum horribilem grunnitum & Erebi quendam boatum tibi audire videaris: cum ipſis nihil intereſſet inter dictionem Ciceronis & catholicontis barbariſsimi dictionarij, aut inter hiſtoriam Liuij & Speculum hiſtoriale Vincentij Beluicenſis: vel inter cognitionem rerum variarum hiſtoriæ mundi Plinij, aut

Bartholomæi Anglici de rerũ proprietatibus libros: quibus pium, eruditum, elegans, politum ac Latinum erat, quod quomodocunq; in oratione cum alijs vocibus contextum poneretur.

Quia verò linguæ & vtiles ſunt & neceſſariæ in omni vitæ genere ac ordine, quocunque animum adiungas, nec carere ijs poteſt ſine nocumento nec Eccleſia nec Politia, diſcendæ ſunt diligenter à puero mox: ac vnà agendæ DEO gratiæ à pueris, quòd nullo propemodum labore, ſine ſumptu magno, & longis itinerum periculis, tantum non dormiendo, in hac luce doctrinarum omnium, in linguis diſcunt non modò quæ ab hominibus ſapienter, eruditè ac vtiliter dicta, cogitata ac ſcripta ſunt. Sed vnà etiam in iiſdem proponi & exponi intelligunt, quæ myſterium ſunt abſconditum & tacitum temporibus æternis, doctrinam inquam Euangelij, Dei potentiam, quam S. Spiritus de cœlo

*Linguarum vſus longe lateque patet. Ad Rom. 16. et 1. Petri 1.*

cœlo emiſit, & in quam angeli, deſiderant proſpicere: quam tamen veritatem philoſophi, Poëtæ & alij Græcorum ſapientes non cognouerunt, dum diſcendi cauſa omnes angulos ac omne latus mundi excutiunt: dum alij peregrinando orbem peragrant aliquoties, veſtigandæ veræ veritatis cauſa: alij verò annos triginta, alij plures, alij octoginta & vitam ſuam omnem peregrinationibus huc illuc ad omnes terras errando, ſine fine conſumpſerunt, nullis parcentes laboribus, periculis, ſumptibus, regiones longinquas omnes ac viros doctos, doctrina ac ſapientiæ nomine claros adeuntes, Iudęam, Chaldæam, Perſiam, Indiam, Aegyptum, vbi νεῖλος ὕδασι πιαίνει λιπαρὸν πέδον αἰγύπτοιο: Et tamen ſemper quemadmodum pueri abierunt, ita pueri quoq; domum redierunt, ſemper diſcentes, ſed ad veritatem peruenire nunquam valentes: nihil ſcientes de ijs, quæ maxime ac ante omnia ſcire ipſos oporte-

*Peregrinationes philoſophorum veſtigandæ veritatis cauſa ſuſceptæ. De quo vide; Philoſtratū in Protagora, Plutar h. lib. de Iſide viadorum ſiculum lib. 1. 3. 4. 5. et 6. Bibliothecæ ſuæ. Laert. in Platone, Solone, et alijs, etc.*

*Dionyſius Alexandrinus in Geographia ſua.*

*2. ad Timoth. cap. 3.*

portebat: quemadmodum Soloni id Athenienſi, viro ſapienti, in Ægyptum diſcendi cauſa valdè longo itinere profecto, exprobatur ab Ægyptio ſacerdote, in Sai vrbe Ægypti ampliſsima, his quidem verbis: ὦ σόλων σόλων, ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστὲ, γέρων ἢ ἕλλην οὐκ ἔστιν, vt refertur ea vox à Platone principe ingenij & doctrinæ, Philoſophorũ Homero, & quaſi deo, in Timæo, nobili illo ac celebrato Dialogo (quem de mundi fabricatione conſcripſit principia rerum faciens, * mentem, ideam & materiam) & quam poſtea vſurparunt Clemens Alexandrinus, Iuſtinus Martyr, Chryſoſtomus, Theodoretus Euſebius, & multi alij patres Græci, & Latini aliquot, vbi gentium Idolomaniam portentoſam oppugnant, & proprijs armis (hoc eſt, teſtimonijs de ipſorũ libris deſumptis) expugnant, iugulant, ac ante faciem omnium vt victos proſternunt, ipſos φιλοσόφους inquam νηπίους ὄντας, καὶ διαμένοντας,

*Græci animis ſemper pueri nunquam vero ſenes.*

*Cicero l. 2. de Natura deorũ, et ad Q. frat: lib: 1. Ammonius in Porphyriana introductione.*

* *Platoni tria rerum principia. quæ?*

*Clemens Alexandrinus lib: 5. Stromat.*

ἐὰν

ἐὰν μὴ ὑπὸ τοῦ χριστοῦ ἐπανδροθῶσιν, qui pueri ſunt ac manent ſemper, niſi à Chriſto viri nati: ſine quo agnito, Philoſophi Chriſtianos (inquit Dionyſius Areopagita) [a] πλατὺ γελάσωσιν, καὶ τῆς πλανήσεως αὐτοὺς ἐλεήσουσιν. δοκοῦσιν γὰρ οἱ χριστιανοὶ τοῖς ἀνιέροις δὶ λόγου γέλωτος ἄξιοι. Eſt enim cœleſtis veritas [b] myſterium, quod ſine patefactione ignoratur & ridetur. τὰ γὰρ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως: Auguſtior eſt longè noſtra religio, quàm vt humana mente comprehendi poſsit: & quam Ariſtoteles [d] ποταμὸς χρυσίου ῥέοντος, aut Demoſthenes (e quam mirabātur Athenę, ***Torrentē, et pleni moderantē frena theatri,*** aut [f] Cicero (largus & exundans ingenij fons & dono quodam prouidentiæ genitus, in quo eloquentia omnes ſuas vires effunderet & periclitaretur, λόγιος ἀνὴρ καὶ φιλόπατρις) non ideo nouerunt, quia viri fuerunt eloquentes & ſapientes: aut Plato philoſophorum deus [h] (qui

*a In Eccleſiaſtica Hierarchia Dionyſius.*

*b Ad Cor: ca: 1.*

*c Tatiani orat: ſeu lib: contra gentes.*

*d Plutarch: in Cicerone.*

*e Iuuenalis ſat: 10.*

*f Quintilianus li: 10. Orat. inſtit: Iuuenalis ſat: 10.*

*g Auguſti vox eſt de Cicerone, apud Plutar: in Cicerone.*

*h Ex Iliad: lib: a apud Plutarch: Sympoſiacon Decade 8. Problem: 1. recitatur, vt de Platone a veteribus ſummo iure cantatus.*

(qui ——— οὐδὲ ἐῴκει
ἀνδρός γε θνητοῦ παῖ ἔμμεναι ἀλλὰ θεοῖο:
id eſt:
*Creditur ille Deo, haud mortali ſanguine cretus:*
de quo dicebant, [a] τοῦ διὸς, εἰ λόγῳ χρῆσθαι πέφυκε, οὕτω διαλεγομένου) quia Plato eſt: aut Hegeſias Cyrenæus, quia eloquentia ſua admirabili multis mortem perſuaſit, dum graphicè vitæ miſerias diſerta oratione oculis auditorum ſubijcit, ad laqueum quibus guttur ſuum præfocabant, profectis (vnde [b] πεισιθάνατος dictus) intelligit magis quàm alij: vel Homerus ([c] ingenij cœleſtis vates, primus [d] doctrinarum & antiquitatis parens [e] ſapientiſsimus pictor, [f] τά τε ἄλλα θαυμαστὸς καὶ σοφώτατος ἀρχιτέκτων, quem alij [g] ἐρώμενον ſuū nuncupabant, alij eius poëmata περὶ [h] ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης ſcripta eſſe dicebant) hæc quæ in myſterio recondita ſunt, quæ filius Dei, qui [i] eſt in ſinu æterni patris, reuelauit nobis cognouit, quia πάνσοφος ipſe καὶ

ἀειδῶν

[a] *Plutarch. in Cicerone.*
[b] *Plutarch. lib. de amore parentū erga liberos. Laertius in Ariſtippo. Epiphanius in Maßilianis. Valer. lib. 8. c. 9. Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt.*
[c] *Valerius lib. 8. cap. 8.*
[d] *Plinius li. 52. cap. 2. hiſtor. Mundi.*
[e] *Athen. lib. 4. Dipno ſophiſt.*
[f] *Plutarch. in Alexandro.*
[g] *Laert. in Arceſilao.*
[h] *Idem in Anaxagora et Strabo lib. 1. Geographiæ ſuæ.*
[i] *1. Iohan. ca. 1.*

ἀοιδῶν ἥλιος [a] omnibus eloquentiæ & ſapientiæ partibus exemplum & ortum dedit: quemadmodum ex Oceano amniũ vis fontiumq́ curſus initium capiunt, vt ipſe dicit: vt reliquorum ſcripta ſint tantum [b] μικρά τινα τεμάχια τῶν μεγάλων δείπνων ὁμήρου (vt ſuas vocabat tragœdias Æſchylus μεθύων αὐτὰς γράφων potando eas ſcribens) cuiuſq́ [c] ex ore profuſo.

*Omnis poſteritas latices in carmine duxit*: quia eius vt magni [d] veritatis interpretis, ſi dijs placet, poemata [e] recitabant ſtatis temporibus in Olympijs, in conuentibus ſolennibus, in mercatibus, vt ſcripta περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης: inq́ templis ac horum parietibus vt Deo dignas voces, quemadmodum & Pindari odas, aureis literis ſcribebant, & [f] in capſis ex margaritis & auro affabrè factis includebant: ſicut & Euripidis tragœdijs eundem honorem tribuebant, ſingulos eius verſus ſingula [g] ἀξιώματα exiſtimantes, propter quem

a Quintilian: lib. 10. Orat. inſtit.
b Athen. li: 10 et 8. Apud Philoſt: etiam in Alexandro ſophiſta, vbi eadem vox tribuitur Herodi Athenienſi, viro eloquentiſſ: ab Alexandro ὦ ἡρώδη inquit, τεμάχια σοῦ ἐσμὲν οἱ σοφισταὶ πάντες.
c Manil: li: 2. Aſtronomicō.
d Lucian: 11. amoribus.
e Homeri ſcripta, Euripidis et Pindari, quo loco habita, et quando et vbi publice lecta fuerint a veteribus. Lycurgus in orat: cōtra Leocratem, Plato in Hipparcho. Athē: lib: 14. Dion. Chryſoſt: orat: 27. Plutarch: in Craſſo et Lyſandro. Zonaras Græcus ſcriptor: tom: 3. Annaliu ſuo-

*ſam. Gorgon Pindari Scholiaſtes in 7. Hymno Olympiorum.*

f *Alexander quanti fecerit Homerũ. Plutarch: in Alexandro lib: itẽ 1. de fortuna ac virtute Alexandri. Elin. l. 7. c. 29.*

a *Ariſtophanes in Ranis.*

b *Vide Thomam Magiſtrum in prolegomenis ſiue, quæ Euripidi Græco præmiſſa ſunt.*

c *Silius li. 13. de bello Punico.*

d *Matthæi 11.*

quem alij ad inferos[a] deſcenderunt, alij ante tempus mori [b] voluerunt, vt audirent coràm & viderent Euripidem γόνιμον ποιητὴν, καὶ ὅστις ῥῆμα γενναῖον λάκοι cuius carminum dulcedine adeò mouebantur. Aut etiã ideo Homerus admirandum fidei myſterium intellexit rectiùs quàm cuncti alij gentium philoſophi, quod eius poëmata in omnium ferè gentium linguis legebantur,[c] quodque eſſet.

*In tanto non paruum pectore numen,*
*Qui cantu Muſas: Phœbumq; æquaret honore:*

cum illa [d] abſcondantur à ſapientibus, & prudentibus, & reuelentur paruulis, ne glorietur vlla caro coram ipſo; & vt diſcamus, tenebras, non lumen, mortem, non vitam, ſed laqueum, peccatum, ſtercus & opprobrium eſſe, errorem & carnem, inimicitiaſq; aduerſus Deum extra gratiam, extra Chriſtum & fidem, quę Chriſtum apprehendit, ſummũ ingenium & eruditionem, ſummam elo-

eloquentiam & ſapientiam, cuncta dona & cunctas artes, non tàm gentium quàm etiam eorum, qui Chriſtiani perhiberi volunt, & tamẽ non ſunt: ac tantò eſſe perditiores, quò ſibi ſaniores, maiores in arte, ac ſapientiores eſſe videntur, vbi idiotæ mundi ſapientibus ſæpè ſunt meliores, citius conuertuntur & perducuntur ad Chriſtum, Dei [a] potentiam ipſis, & Dei ſapientiam, μᾶλλον [b] γὰρ ἰδιωτεία ἢ σοφία πρὸς τὴν ἀποδοχήν ἐστιν ἐπιτήδειον καὶ εὐκολώτερον, quàm ipſi ſummis ingenijs doctrina & virtute admirandi: quibus tota doctrina Euangelij, quia cum ſapientia ipſorum non congruit, ſtultitia eſt, ita vt Plato, Ariſtoteles, Socrates in ſumma ſua ſapientia, quam ſine Chriſto & extra gratiam habet quiſque, προέχῃ τῶν θηρίων κατὰ τὴν δι-αρθρον φωνὴν μόνον, ſola voce articulata à feris differat, & nihilo plus feris apud Deum valeat quemadmodum Traianus [c] id gentibus verè obijcit: nã quicquid non fit [d] ex fide, peccatum eſt: & mundus cum omni ſapientia

[a] 1. ad Corinth. cap: 1.

[b] Chryſoſtomus Homilia 4. expoſitionis primæ epiſtolæ ſcriptæ a Paulo ad Corinth.

[c] Oratione aduerſus gentes.

[d] Ad Rom: cap. 14.

entia & iuſtitia & potentia ſua, eſt regnum diaboli mendacium, mors, Satan, ira, infernus, & Diabolus ipſe cum ſua matre: adeò vt optimæ rationis ac carnis, quæ inimicitiæ ſunt aduerſus Deum cogitationes Philoſophorum, ac omnium ſapientũ mundi, ſine agnitione filij Dei, de Deo, de cultu Dei, & de voluntate eius, & quicquid deniq; mundus habet optimum & ſanctiſsimum, ſint idololatria, maledictum in oculis Dei, & plus quàm Cymmerię tenebræ, è quiqus nemo niſi ſolus Deus per vnigenitum ſuum filium Chriſtum Deum incarnatum eri-

*In Protreptico ad gentes.*

pere & ſaluare poteſt. Philoſophi. n. gentium χωρὶς τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ἐνεργοῦντες, inquit Clemens Alexandrinus, ἢ καὶ φθεγγόμενοι, ὅμοιοι τυγ-

*Ad Rom: c. 1.*
*Tatianus in orat: aduerſus gentes:*

χάνουσι τοῖς χωρὶς βάσεως βαδίζειν βιαζομένοις, illis ſimiles ſunt, qui ſine pedibus ambulare volunt: qui ſtulti facti ſunt, inquit Scriptura, cum ſe ſapientes eſſe crederent, καὶ τὴν σοφίαν μερίζοντες τῆς κατ' ἀλήθειαν σοφίας

φίας ἀπετμήθησαν, ridentes potius ac ſubſannantes ipſi in reprobum ſenſum traditi, inepti ad omne opus bonum, cæci & idololatræ, quàm approbantes veritatis doctrinam τῶν θεοπαραδότων λογίων ἱερωτάτην καὶ ἐν *Basilius homi-*
θεὸν θεοσοφίαν, τῶν ψυχῶν κοινὸν ἰατρεῖον, *lia. 1. Pſal. 1.* *Sozomenus li:*
καὶ πάντων ἀγαθῶν κοινὸν ταμιεῖον, ψυχῆς *5. cap: 18.*
φάρμακον, cum Iuliano Impio parabata nobis exprobantes, οὐδὲν ὑπὲρ τὸ πίστευσον ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας: id eſt, *In expoſitione Symboli.*
quod Religio noſtra (vt ſanctus Cyprianus loquitur) quæ quaſi rationib. deficit, in ſola credendi perſuaſione conſiſtat: quàm fidei noſtræ ſapientiam, tametſi ipſi vt ſtultam vanam & facilem rideant, nouimus tamen ſupra eam ſapientiam nullam eſſe aliam excellentiorem, quam etiam angeli admirentur, & cum lætitia in eam proſpicere geſtiant: quã philoſophi & totus mundus non intelligit in myſterio abſconditam, imò Chriſtiani non ſatis eam tenent, & difficulter in tentationibus apprehendunt, & pauciſ-

ſimi de ſummis Theologis intelligunt, quemadmodum Lutherus θεοπνευστοκλυκύῤῥοον χάρισμα, καὶ θεοκίνητον illud φῶς τοῦ κόσμου, melius id vidit, quàm alij, & cum dolore aliquoties id queſtus eſt, & adhuc in ſuis libris id queritur: queſturus id nunc multò magis, ſi nunc viueret, vbi fides ferè nulla amplius in terra, & doctrina multipliciter philoſophicis opinionibus ac commentis deprauatur & corrumpitur & æſtimatur non ad legem & teſtimoniū amplius, ſed ferè ad rationis ac philoſophiæ iudicium, quam nunc eloquia DEI expoſituri in Eccleſia ad conſilium accerſimus, ac doctrinæ tantum non iudicem conſtituimus: cum philoſophię bonus imber nunquam fuerit, & ſterilitatem ferè magis ſemper terris quàm fertilitatem intulerit, συγκύκατ᾽ ἄνω τε καὶ κάτω ἡ κενοκόμπου σοφίας λαβίρινθος, ſusq́ deq́ confundat omnia.

*Bernhardus in Canticis ſerm. 58. Arceſilai eſt apud Stobæum orat. 80*

Vt verò ſtudium Græcæ linguæ (optimi pueri ac adoleſcētes) quantum

tum quidem ego poſſem, in vobis adiuuarē, volui vltimùm recognitas Tabulas noſtras edere, locupletatas libellis duob. Græcolatinis, qui præceptorum exemplū̃ eſſent luculentiſsimū̃, ac pueros de multis admonerent, ac ad ſtudium linguę Gręcę vnà inflammarent. Conſtitit ea res nobis multo labore, quē tamen non illubenter propter vos nobis impoſuimus. Protagoras ſophiſta vt Plato meminit, maiori etiā̃ iactantia auditoribus ſolebat promittere, nunq̃ ſe dimiſſurū̃ à ſe ipſos, niſi doctiores. Ita namq; Plato Protagorā̃ Hippocrati adoleſcenti à Socrate ſibi commendato loquentem introducit: ὦ νεανίσκε ἔσται τοίνυν σοι, ἐὰν ἐμοὶ συνῇς ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐμοὶ συγγένῃ ἀπιέναι οἴκαδε βελτίονι γεγονότι, καὶ ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ταῦτα, ταῦτα, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀεὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδέναι. Et de Socrate proditum accepimus, quòd ioci eius etiā̃ vtiles fuerint auditoribus: ὅτι καὶ παίζων οὐδὲν ἧττον ἐλισιτέλει τοῖς συνδιατρίβουσι αὐτῷ. Id tametſi de nobis affirmare vobis

*Tabulæ recognitæ et locupletatæ acceſſione duorum libellorum.*

*In Protagora ſeu Sophiſtis.*

*Xenophon lib. 2. de dictis ac factis memorabilibus Socratis.*

tamen ſtudebimus, dum vita nobis ſuppetit [a] κεχαρισμένα θεοῖς τε λέγειν καὶ πράττειν, ταῦτα γάρ ἐστι τὰ ὅσια καὶ σώζει τὰ τοιαῦτα τούς τε ἰδίους οἴκους, καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων: & παισὶν εἰπεῖν χρήσιμα obnixè conabimur, quemadmodũ de Epicharmo, [b] vafro Siculo, dulciſsimè prodidit poëta, & ipſe Siculus, & Philoſtratus de [c] ſuo Tyanæo Apollonio idem ſcriptum reliquit: δοκῶ [d] γὰρ ἐγὼ καὶ τὸ ζῆν αὐτὸ, καὶ ὅλως τὸ φῦναι καὶ μεταχεῖν ἀνθρώπων γενέσεως δοθῆναι ὑπὸ θεῶν εἰς γνῶσιν, vt innoteſcat, hoc eſt, vt diſcamus & ipſi, & doceamus alij alios, & noſtros & exteros, & domi & alibi, quemadmodum de Pindaro μεγαλοφωνοτάτῳ noſtro dulciſsimè dixit Antiquitas veneranda:

ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς.

Non enim nobis ſolis naſcimur, ortusq́ noſtri partem patria ſibi vendicat, partem parentes, partem amici: multa verò dantur & temporibus, quæ incidunt in vitã noſtram. Ideoq́

[a] *Plato in Euthyphrone, vel de ſanctitate.*

[b] *Theocrit: in epigram: in Epicharmum:* πολλὰ γὰρ ποττὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα· μεγάλα χάρις αὐτῷ.

[c] *Lib: 4. hiſtoriæ de Apollonio.*

[d] *Plutarch: lib: num recte dictum ſit* λάθε βιώσας.

*Plutarch: lib: de Generat: animæ.*

ideoq́ ego etiam meam drachmulã diuino munere mihi datam, quia vel vnciam vel talentum non accepi, cupio ad puerorum & diſcentium elocare vtilitatem, dum ſuperſum: & in hos transfũdere, ſi quæ ſtudio ac labore benedicente Domino mihi comparauero etiam poſtea ex optimorum autorum lectionibus.

*Cic: lib: 1. Offic: ex epiſtola Platonis ad Archytam Tarentinum.*

Nam in hoc gaudeo aliquid diſcere, vt Senecę caſtiſsimi pectoris verbis loquar, vt doceam; nec me vlla res delectabit, licet eximia illa ſit, & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſum: ſi cum hac exceptione detur ſapientia, vt illam incluſam teneam, nec enunciem, reijciam. Nullius .n. boni ſine ſocio iucunda, addo etiam vtilis ac Deo accepta poſſeſsio eſt.

*Lib: Epiſtolarũ 1. epiſt: 6.*

Vnde placere nobis non poteſt Socratis ſapientia, quam Plato fuiſſe ſcribit αὐτὸν μὲν μὴ ἐθέλειν διδάσκειν, παρὰ δὲ τῶν ἄλλων περιιόντα μανθάνειν: hoc eſt, nolle docere vnquam, ſed ſemper diſcere ab alijs, ſemperq́ ſibi nunquam alijs viuere, cum cunctis

*Lib: 1. de Republ:*

ex æquo cupere prodeſſe multò ſit præclariſsimum ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσι, vt inquit Ariſtoteles, καὶ ἡδονὴν ἔχει, ὅταν τις εὕρῃ καλὸν ἐνθύμημα τι δηλῶν ἅπασιν, vt rectè dicitur ab Anaxandrida apud Athenæũ lib. 4. Quod verò Areopagita Dionyſius in epiſtola quadam, à Deo ſibi donari petit, idem ego quoq; mihi donari ab eodem propter vos petam, optimi adoleſcentes perpetuò: ἱκανόν μοι καὶ τοῦτο θεὸς δοίη, inquit ipſe, περὶ ἀληθείας εἰδέναι πρῶτον, ἔπειτα εἰδότα ὡς χρὴ λέγειν: hoc eſt, vt ipſe quæ bona ac vera ſunt ſciam ac intelligam, ac ea poſtea, vt decet, tradere aliјs ac cum ipſis communicare poſsim. Vbi autem vobis ac aliquot bonis viris hoc meum ſtudium probauero, facilè contemnã Zoilos improbos ac vulgus obtrectatorum (τῶν εἰαρινῶν φύλλων δὲ πλείονές εἰσὶ οἱ συκοφαντοῦντες, vt ille inquit apud Suidã) cum πάλαι παρὰ τοῖς ὄχλοις εὐδοκιμεῖν, ab omnibus ſeu pluribus probari

*Epiſtol. ad Polycarpũ Smirnenſ. epiſcopũ.*

baři, σημεῖον τῆς κακοτεχνίας fuerit, vt Athenæus teſtatur: nec Antiſtheni philoſopho probatum fuerit, cum neſcio quis diceret, à multis ſe laudari, τί κακὸν πεποίηκα, inquit, ἐπιςήμη γὰρ δεῖ κρίνεσθαι, οὐ πλήθει, τὸ καλῶς κριθησόμενον: cum omnis honeſtæ rei peſſimus iudex multi ſint, cumq; plures ferè mali: ac boni numero vix totidem, quot

*lib. 14. Dipnoſophiſt.*

*Laërt. in Antiſthene.*

*Thebarum portæ vel diuitis oſtia Nili.*

Ac vbi vires deſunt, honeſta voluntas laudanda eſt. Nam & dijs lacte ruſtici, multæq; gentes ſupplicant, & mola ſalſa litant, qui non habent thura: nec vlli vitio fuit deos colere quoquo modo poſſet. Et iubet ſapiens Poëta non aliter quàm καδδύναμιν ἔρδειν ἱερ᾽ ἀθανάτοισι. Nam ἀρκεῖ ἐνὶ μεγάλοις καὶ τὸ θέμεν μόνον.

*Iuuenalis ſa. 13. Plin. in præfat. hiſtoriæ mundi.*

*Heſiodus lib. 2 ἡμερῶν καὶ ἔργων.*

*Ouid. 3. de Ponto.*

*Hac ego contentos*, inquit Poeta, *auguror eſſe Deos.*

Probabunt autem pueri Tabularum poſtremam recognitionem, vel propter ipſas Tabulas, ex quibus multos hactenus hauſiſſe & didiciſſe

*Anthologici libelli duo.*

ſcimus feliciter ac breui tempore linguę Grȩcę initia: vel etiam propter libellos adiunctos, qui grati erunt vel eo nomine, quòd quæ in ijs referuntur, ex vetuſtiſsimis autoribus longo tempore congeſta, de magno numero, iudicio mediocri adhibito ſint ſelecta, ac vetera ſingula, vnde & ſapienter dicta, ſcripta ac facta eſſe cenſentur. Nam veteres ſapientes fuiſſe exiſtimamus: οἱ μὲν παλαιοὶ (inquit Plato) κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες πλέον οὖν αὐτοῖς ἐκγόνοις θεῶν οὖσιν. Et iterum: οἱ παλαιοὶ λόγοι ἀλήθειάν τινα ἔχειν δοκοῦσι. Ac rurſum: πείθεσθαι ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἱεροῖς λόγοις. Hinc in Epheſiorum literis ac legibus ſapienter ſcriptum erat præceptum, quod iubebat συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινῶν, τῶν ἀρετῇ χρησαμένων: Id eſt, recordari quotidie alicuius veterum, qui cum virtute vixiſſet. Ac Zeno Philoſophus, cum oraculum conſuluiſſet, quo pacto optimè vitam exigere poſſet:

*Veterum ſapientia. In Philebo. Plato in Timæo lib: 3. de Legibus. Epiſtola 7. Lib: 7. Antonini Cæſaris de vita ſua.*

